



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Exemplar libri oblato Caesari non habuit Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

Scimus hoc, sed vt Paulus inquit, per inobedientiam vnus
 us s. Adæ. Nullibi premit S. Paulus infantes, vt ipsi per ino-
 bedientiam peccauerint, sicut Lutherani eos grauant.

Roma. 5

Improbauit merito dictū: Concupiscētia non potest non
 prodire in omne genus peccati actualis. At Bucer nihil re-
 spondet ad mea inducta, solum verborum ambagibus lus-
 dit, tamen libenter Eckiū culparet sibi contradicentē, pro-
 pter doctrinā ex Augustino allatā li. 2. confessionū, & im-
 ponit mihi, q̄ fatear malū hoc in non renatis erumpere in
 omne peccatū. At hoc non dixit Eckius, sed Bucer hoc in
 eum finxit. Nam primo adieci hanc pertinere ad adultos,
 non ad infantes. Secundo longe diuersa sunt illa: Concu-
 piscētia nō potest nō prodire in omne genus peccati in non
 renatis, q̄d improbauit, et q̄d quilibet nisi p̄seruaretur à deo,
 faceret omnia mala, quæ ab eo fieri possent. Nullus, n. catho-
 licorū ambigit Iudam, Herodem, Neronem &c. potuisse fe-
 cisse plura & maiora peccata, si deus eis permisisset.

Non cogi
 ad omne
 peccatum

ECKIUS
 non habu-
 it exemplar
 mutatum.
 Fol. 152

Roma. 9

Monui lectorē, in primo exēplari libri pœnitendū errorē
 fuisse sublatū me monente. Bucer p̄ furia sua dicit hoc fal-
 sum, sed non probat: Quia nihil habeat liber, quā q̄d legis-
 tur in eo, quē Eckius euulgauit pulchre. Primo non euul-
 gavi librū, cuius non habui exēplar, sed Buceri et Melāch-
 thonis (heu misere me) coactus fui sequi exēplaria, etiam si
 certo scirē, quā temere exēplaria corrūpuntur. Sed primū
 exēplar, quod legi apud illustrem D. à Granuella, & prius
 apud sancti palatij magistrū, hoc habebat erratū & multa
 alia: sed non habui copiā illius exēplaris, sicut veraciter scri-
 psi, quod in consilio senatus Imperij lectum est. Postq̄ enim
 pro libito librum in colloquio mutarunt, & sic mutatū di-
 uo Imp. reddiderunt, ego mutatum illum librum non vidi,
 neq; in eum consensi, vt illa in Apologia prosequor.

Attulit pro peccato originali autor libri illud Pauli: Cū
 nondum nati essent. Improbauit, quia nemo veterū vel recē-
 tiorum

tioꝝ intellexerit de peccato originali. Resistit Bucer, quia August. sic intellexit epistola 27. ad Hiero. Vidi illā epistolam, non verbum habet super ea re, nec etiā aliā eius epistolā ad Hier. Recte alleget, & respōdebo ei, neq; est mihi credibile, Augu. virum tam acutum dixisse ea, quæ imponit ei apostata. Cum. n. nondum nati essent nec actuale, nec originale peccatum habuerunt. Tractat hūc locum August. li. 1. q. 2. ad Simplicium, sed nihil confert Bucero.

Argui autorē libri, q̄ truncate citauerit Paulum: Regnauit mors ab Adā, etiā in eos, qui non peccauerunt, quia sic, Roma. 5. omittendo similitudinē p̄uaricationis Adæ, Paulus sibi ipsi contradiceret. Sed ait Bucer esse hunc morē scriptoꝝ, fateor si propter omissum autor sibi non contradiceret, vt hic. Sed ex mera charitate p̄siciens concilij apostata addit, atrum dentem in Erasmus figit. Cum. n. autorib. Gyrillo, Chrysofomo, Irenæo, Augustino, Hieronymo & Theophylacto textus sit negative legendus, recessi ab Erasmo Hiero. August. affirmatiue legente. Hic est ater dens Eckij, de quo conqueritur Ismael. Cur non accusat suos nigerrimos dentes, q̄ recedit à doctoribus ecclesiæ, à Concilijs, & à tota ecclesia? An existimauit Bucius, relinquendos heroes & duces Euāgelicæ doctrinæ iā nominatos, aut non potius relinquēdū Erasmū? Sed q̄ nihil habuit, quod pro libro, aut cōtra me diceret, sola carpēdi libidine ista euomuit temere apostata.

Autor libri negat in peccatore imaginem dei, & abusus est noīe vestigiū pro imagine, cum illa sint in Theologia diuersa, eoq; improbauī. Bucer vno collyrio vtriq; morbo medetur, affertq; aliquos patres loqui de imagine, vt dicit rationē rectā, iusticia ornatā. Ita labūtur in exercitati in rebus Theologicis, quas deserūt Ludderani errorib. occupati, cōtra ecclesiā & ecclesię sacramēta. Alioq nouisset aliquā esse imaginē formatā, de qua Psalmus: Imaginē ipsoꝝ ad nihil rediges. Hęc in p̄ctōre remanet, De vestigio nescit quicquā Psal. 727 responde-